[| D 144r] Post hec est notandum, quod sicut Dominus Iesus crucifixus in triplici habitudine suam vitam ordinavit et conclusit, ut paulo ante est dictum, [| B 50vª] ita via triplicis vite electi in Deum diriguntur, vita scilicet sensuali vel carnali, vita humana vel racionali, vita divina vel spirituali. In prima vivendum est electis sobrie, in secunda iuste, in tercia pie, sicut scriptum est ad Tytum IIº: *Apparuit gracia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie, iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem.* Et prout videtur similiter hanc distinccionem significavit idem Apostolus *expectantes beatam spem.* Et prout videtur similiter hanc distinccionem significavit idem Apostolus Collossensium IIIº dicens: *Induite vos ergo sicut electi Dei* [| P 147vª] (quoad primam vitam sensitivam), *sancti* (quoad secundam humanam) *et dilecti* [| O 413vª] (quoad terciam divinam). In prima maxime vivitur fide, in IIª gaudetur spe, in tercia curritur et dilatatur [| D 144v] caritate. In prima harum apud hominem cristianum Cristus est via, in secunda veritas, in tercia vita. Et hee tres dicte vite unum sunt vel una vita in homine.

---

4 ut…dictum] *om. D* | est dictum] dictum est *PCBMk* | ita] ista *Mk* | via] *om. B* **5** vita scilicet] scilicet vita *P* | vel] et *B* **6** vel[1]] et *B* | vel[2]] et *B* **7** sobrie] pie *P* **8** ad Tytum] Tyti *PC*, ad *om. BMk* | ad…IIo] *om. D* **9** impietatem] omnem inpietatem *DMk* **10** iuste] et iuste *Mk* | et pie] *om. Mk* | seculo] mundo *O* **12**–13 expectantes…Apostolus] *om. D* **13** significavit] signavit *PB* **14** Collossensium…dicens] Et ad Collossenses *D* | IIIo] IIII *B* | ergo] *om. D* **16** dilecti] electi *B* **17** curritur] cernitur *Mk* **19** hee] hec *PC*

8–11 Apparuit…spem] Tit. 2,11-13 **14**–16 Induite…dilecti] Col. 3,12 **17**–18 fide…caritate] *cf.* 1 Cor. 13,13 **19** via…vita] *cf.* Ioh. 14,6